



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

33 Ioannes Chrysostomus in exilium pulsus, quàm celso animo plura
passus sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

illi: si vult in palagus mittere, Ionæ recordabor; si vult in caminum iniicere, idem passi sunt tres illi pueri; si me feris vult obijcere, obijciat, Danielis in lacum leonib. obijcti recordabor, si me lapidare vult, lapider, Stephanum habebō primum martyrem socium; & si caput tollere vult, tollat, habeo socium Joan. Baptistam, & si substantiam auferre, auferat, nudus exiui de utero matris meæ, & nudus revertar illuc, Chryf. *Epist. 3. ad Ciriacum relatus à Baron in lib. Ann. to 5. ann. 444. pag. 197. in fine*, & cum in exilium à militib. deportaretur, ægra valetudine toto itinere laboravit, continuis febribus, & stomachi solutione, alijsque gravissimis morbis obsessus, ut in *eo ann. 444. tom. 5. pag. 252. & seq.* & post prædicta aliaque plura, & majora passa 33 Comanæ exul requievit in Domino, ut per eundem Baron, *eod. tomo. 5. anno. 407. pag. 254.*

32 Honorius quidem † Imperator, ægre præmissa ferens, *epistola sua ad Arcadium fratrem Augustum*, qui Eudoxiæ reginæ conjugii obtemperando, cum Joanne Chrysofomo tam male se gesserat, sic est affatus. Nescio, qualis tam potens, & à dæmone immissa impulsio persuasit tibi, o frater, femine committere te ipsum, & patrare talia, qualia nemo alius pius Christianorum regum patravit: Etenim, qui isthinc sunt sanctissimi Episcopi clamant adversus Imperiam nostram, quod magnum Dei Antistitem Joannem, neque legitime, neque ex præscripto canonum, & ab Episcopali sede depulisti, & acerbissimis exilijs, & intolerandis injurijs iniicientes per vim, vita spoliasti, locum tenentes autem Romanæ Ecclesiæ ob vestrum honorem, & legitimi iudicij stabilimentum

missos, qui afferebant hinc litteras, ut omnia integre definirentur, tenuistis; quibus cum nihil humani egistis, amplius, & custodijs diversis conclusistis, ac fame prope necastis, simulque, quas secum ferebant pecunias ad viatici necessitates corporeas, auferri ab ipsis mandastis, & clamantes contra vos ad Deum, atque ingemilcentes nullo sunt habiti loco: adhæc Apostolica mandata nihili facta à vobis sunt, Episcopos sanctos injuste privastis, ac sexcentis injurijs, & exilijs maxime longinquis injuste adjudicastis, aliosque pro his indignos indigne intrulistis. Contende igitur frater, non verbo, sed re, & Deum, & homines, de correctione eorum, quæ non sunt recte acta certiores facere: certus, & ipsum Imperium nostrum, & ruere, & stare præcibus sacerdotum. Baron. *Anna. 407. tomo 5. pag. 260. in princ.*

34 Innocentius enim † Papa I. ob ipsius S. Jo. Chryf. mortem eidem Imperatori Arcadio ita scripsit; Vox sanguinis fratris mei Joannis clamat ad Deum contra te, o Imperator, sicuti quondam Abel iusti contra fratricidam Caim, & is modis omnibus vindicabitur. Et si beatus Joannes vitam reliquit, fide servata, & fluctuantibus confirmatis, in æterna tamen secula sempiternam deliciarum, & immortalis vitæ hereditatem est consecutus; Nova autem Dalida Eudoxia, quæ paulatim te erroris, seu seductionis novacula totondit, execrationem ex multorum ore sibi ipsi introduxit, grave, & quod gestari nequeat, peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis suis superaddens Itaque egominimus, & peccator, cui thronus magni Apostoli Petri creditus est, † legrego, & reijcio te, & illam à perceptione immaeulato-

rum